



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.**

**Bredenbach, Tilmann**

**Coloniae, 1584**

**VD16 B 7375**

15. De Dedone Archiepiscopo Magdeburgensi, qui patrocinate D. Virgine Maria obtinens scientiæ donum & Archiepiscopatum, monitisq[ue] D. Virginis resistens, & in Archiepiscopatu flagitiosè viuens, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52445](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52445)

loquijs hominum, idque aded, vt adhuc viuere putentur ab illis qui eos nesciunt, vel submersione, vel alia violenta morte perijsse. (Nam tales præcipuè apparent) cum autem orant eos amici, vel noti, vt domum redeant, dicunt cum ingenti gemitu, se petere montem Heclam, ilicoque disparent. Voluit autem omnipotens Deus, eiusmodi in terris extare loca terribilia, vt certius norint mortales, quæ poenæ maneant impios post hanc vitam, & sic discant timere Deum, vt possint æternos ignes euadere.

*Petrus de Palude in Thesaurio homiliarum, et Ioannes Nauclerus Chronograph. volum. 3. generat. 34. Petrus Canisius libr. 5. cap. 20. operis Mariani, Fulgosius lib. 9. ca. 12. Conrad. Lycosth. li. 12. Theatri, & quidam alij. De done Archiepiscopo Magdeburgensi, qui patrocinante D. Virgine Maria, obtinens scientia donum, & Archiepiscopatum, monitisq; D. Virginis resistens, & in Archiepiscopatu flagitiosè viuens, seuerè puniuit.*

## C A P. XV.

**A**Nno Domini nongentesimo, quadagesimo, apud Partenopolim, id est, Magdeburg in Saxonia, contigit factum terribile nimis, inauditum à sæculis. Quod factum sic stylo veraci referam, vt omnibus innotescat, quantum malum sit in statu prælationis turpiter viuere, & patrimonium Christi, res scilicet Ecclesie, iniustè distrahere, & scandalo



dalorum foetoribus subditos corrumpere, &  
 moniales Deo dicatas ausu temerario violare.  
 In praedicta igitur vrbe erat scholaris quidam  
 nomine Vdo, qui liberalibus studijs inso-  
 bat, qui cum esset inertis ingenij, & nihil om-  
 nino proficere poterat, quantumcunque  
 am magistri verberibus torquebatur. Quada-  
 vice post enormes plagas scholas exiens, in  
 clesiam maiorem ad honorem sancti Mauri-  
 & sociorum eius magnifice fabricatam intro-  
 iuit, ibique cum ingenti deuotione se prost-  
 nens, & reginae caeli clementiam, & beati Ma-  
 riciij patrociniū pro illuminatione ingenij  
 sui implorauit. Ac sic in precibus positus  
 dormiuit. Cui protinus mater misericorditer  
 apprens, dixit: Audiui orationem tuam,  
 vidi afflictionem tuam. Et ecce non solum  
 entiae munus tibi tribuo, immo etiam post  
 tem Archiepiscopi, qui nunc praest, Eccl-  
 am principis mei Mauriciij tuae fidelitati com-  
 mendo, quam si bene vixeris, premium mag-  
 num consequeris: & si male, in anima & cor-  
 pore morieris. His dictis virgo disparuit,  
 iuuenis scholas more solito repetiuit. Cum  
 ad loquendum aperuisset os, coepit omnes  
 sputando concludere, & in omni scientia pe-  
 ritissimus apparere. Stupebant autem omnes  
 qui eum audiebant, dicentes: Vnde huic tanta  
 est inspirata scientia? Nonne iste est Vdo  
 heri maetabatur vt bestia, & ecce hodie  
 batur Philosophus. Post biennium Archiep-  
 sco

*roxuris*



scopus Magdeburg., & Vdo à cunctis electus  
Archiepiscopus efficitur. Confirmatus ergo  
& pallio decoratus aliquantulum diu benè vi-  
xit. Et quia honores mutant mores, cepit pro-  
cessu temporis consilium matris Dei negligere,  
& propriæ salutis immemor esse, & voluptatibus  
deseruire. Et dilapidare Ecclesiæ facultates,  
& non solùm sæculares foeminas, sed etiam  
velatas violare. Insuper quod deterius est,  
ad omnium flagitiorum genera habenas laxare.  
Sicque facta est eius vita omnibus odiosa,  
omnibus detestanda. Pròh pudor, cum multis  
annorum curriculum memoratus Episcopus aërem,  
mundumque totum suis sceleribus corrupisset,  
& quadam nocte quadam nigrarum monialium  
Abbatissam de regali cœnobio, quod tunc Ostirholtz,  
nunc verò vallis liliorum dicitur, Cisterciens.  
secum in lecto haberet, audiuit vocem in hæc  
verba terribiliter intonantem, Fac finem ludo,  
quia lusisti fatis Vdo. His dictis multum cachinnans,  
suspiciatus. Et mane factò rursus delictijs  
inuoluitur, factusque durus quasi lapis ad  
prodigiosæ vocis comminationem minime  
compungitur. Sequenti etiam nocte vocem  
similem audiens, sed parui pendens stultus  
ille, vt antea in sua malicia perdurat. Nocte  
igitur tertia apud Abbatissam præfatam  
cubans, cum nephandum opus libidinosæ  
cômotionis exercuisset, vox sæpè dicta cum  
ingenti fragore intonuit, dicēs. Fac finem ludo,  
quia



quia iussisti satis Vdo. Hac ergo voce terri-  
dita, stupefactus aliquantulum ingemuit,  
non resipuit, veruntamen iam damnationis  
proximus miser ille, coruinum quidem lapso  
cinit, sed nequaquam ad penitentiae lauacrum  
properauit. Mira dicturus sum, vera tamen  
quæ si Saxones, apud quos gesta sunt, retul-  
vellent, lapides clamarent, sicut sequentia  
nifestant. Post menses igitur tres canonicus  
quidam Ecclesie Magdeburgensis, Fredericus  
nomine, vir etiam multum venerabilis, &  
græ sanctitatis, quadam nocte in choro  
Mauricij existens, & orationi feruentius  
stans, Deum pro sancta vniuersali Ecclesia  
cabatur, maximè & attentè pro sua, scilicet  
Metropolitana, & vt conditor omnium,  
stus iudex citius morbidum caput, Vdo  
scilicet Episcopum, per interitum de meo  
aut certè in melius commutaret: verba  
dus habuerunt. Et ecce secuta est protinus  
fio nimis horribilis, & cunctis mortalibus  
metuenda, maximè tamen rectoribus Eccle-  
siae, qui gregem Dominicum commissum pro-  
cedunt, & malis exemplis inficientes prepa-  
rant sæpius in infernum. Vidit ergo, & con-  
ventus validus omnes Ecclesie lampades pro-  
pter extinxit: quapropter timore nimio con-  
ptus, loco adhæsit, steterunt comæ, vox edis-  
cibus interclusa. Tunc venerunt duo iuuenes  
duos cereos gestantes, & ad altare proce-  
tes, hinc inde iuxta cornua confiterentur.



totam illam aulam lumine replent. Post quos ingressi sunt alij duo, quorum vnus tapecia ante altare decenter strauit. Alter verò duas aureas cathedras collocauit. Post istos alter quidam solus venit pugil, strenuus incedebat, euaginatam tenens gladium, & stans in loco Ecclesie valenter clamabat: Omnes sancti, quorum reliquie hic habentur, Surgite, & venite ad iudicium Dei. His dictis apparuit maxima & præfulgida multitudo vtriusque sexus. Alij militari habitu adornati, alij pontificalibus infulis insigniti, & hi omnes chorum intrauerunt. Tunc etiam apparuerunt duodecim viri religiosi, in quorum medio gradiebatur Sole splendidior, regio diademate & sceptro adornatus. Apostoli verò erant, & Dominus IESVS CHRISTUS cœli & terræ rex, quem mox vt omnes viderant, deuotissimè adorauerunt, & supra cathedram sedere fecerunt. Affuit præterea Regina cœlorum Luna & stellis clarior, quàm clarissima turba virginum sequebatur. Sancti verò omnes Dei matrem venerantes geniculanter susceperunt. Cui CHRISTUS mox occurrens, & manum eius apprehendens iuxta se venerabiliter collocauit. Et ecce postremò apparuit sanctus Mauricius dux gloriosus cum sua legione sex millibus, sexcentis, sexaginta sex, qui se vnanimiter prosternentes adorauerunt, dicentes: Aequissime iudex, & conditor sæculorum, da iudicium: his dictis surgentes steterunt reuerenter præstolantes.



tes. Quibus Dominus dixit: Scio quid queritis: & adiecit, Vdonem Episcopum. Contra quidam de astantibus abierunt, & miserunt Vdonem de latere Abbatissæ trahentes mirabiliter adduxerunt. Quem sanctus Maurus seuerius intuens, dixit: Domine mi iudice. Ecce iste Vdo non Episcopus, sed lupus, non pastor, sed raptor, necator, & deuorator gregis tui. Iste etiã est, cui Domina nostra matris tua scientiam donauit. Cui hanc Ecclesiam in honorem nominis tui, sanctorumque tuorum commendauit, prædicens ei si bene regeretur vitam perennem haberet, sin autem, mala morte in corpore & anima moreretur. Ille impenitentis per est, qui semel admonitus ac iterum accersitio se corrigere noluit. Et non solum hanc Ecclesiam, sed etiam se, & omnia sibi commissa prophanando ad nihilum redegit, imò profanas tuas semper & ubiq; turpiter & temere solauit. His auditis Dominus præfatus iudicio, sanctoque respiciens, dixit. Quid vobis datur de isto? Pugil autem supradictus vocem magna clamauit, dicēs. Reus est mortis. Iudex verò & omnes sancti qui aderant, in hanc sententiam conuenerunt, & quale genus mortis ille impius deberet sustinere, tractauerunt. Tunc iudex ait: Caput meruit amittere, quia ne capite tempus consumendo sordibus computruit. Quo dicto pugil confestim Vdonem præcepit, vt cervicem tenderet. Quod cum fecisset, & pugil gladiũ ad ictum eleuasset,



quidam ex eis clamauit, dicens: Contine manum tuam, donec ab eo reliquiae auferantur. Tunc quidam cum calice affuit coram Vdone stans, donec pugil miserimi hominis collum cum pugno valido percussisset. Et ecce post quelibet ictum & pulsum hostia polluta per os episcopi exiens, in calicem corruit. Quas oēs ille reuerenter suscipiens diligentissimè lauit, & super altare in calicem ponens cum sua turba decenter inclinauit, abiit, & recessit. Post hoc miserabilem Vdonem pugil saepedictus aggrediens decollauit. Sicq; tota illa congregatio sanctorum disparuit. Canonicus autem supradictus Iustus, qui hoc vidit non in somnis sed apertis oculis stupens & tremens, & lumò in crypta reperiens, omnes Ecclesiae lampades pariter reaccendit. Cumq; adhuc de facto dubius & anxius secum miraretur, tandem reassumpta audacia ad locum iudicij paululum processit, vidit calicem cum hostijs in altari, & caput à trunco longius proiectum, necnon pavimentum sanguine madefactum. Cumq; quantum poterat exclamaret & diceret: O triste spectaculum, o grande miraculum, o tremendum iudicium, o quam horrendum est incidere in manus Dei uiuentis. Nam quos diu ut conuertantur tolerat, non conuersos durius damnat. Post hoc oēs Ecclesiae ianuas obserauit, & nullum omnino ingredi permittens, donec Sole iam orto oēs potiores vrbe clericos & laicos conuocat. Tunc ianuis reueratis seuerissimam Dei ultionem Vdonem



nem videlicet Episcopum in suo sanguine  
 befactum omnibus ostendit. Et tunc quæ  
 dierat & viderat per ordinem enarrauit. Es-  
 dem verò die quidam ex capellanis suis no-  
 mine Bruno, cum legationem sibi commissa  
 peregisset, Parthenopolim continuo famu-  
 lougè ante præcedentibus studuit remeare. In-  
 rim graui oppressus somno, arborem quædam  
 umbrosam videns de equo descendit, & fortiter  
 ad brachium ligans paululum reque-  
 euit. Et ecce ingens globus spirituum immen-  
 dorù cum turbis & tympanis, cum gladiis  
 fustibus, cum lanceis & securibus ad eundem  
 locum gradu concito properabant. Cumque  
 omnes conuenissent, vni ex eis, qui princeps  
 videbatur, quia erat statura procerior, & vir-  
 tu terribilior, folium constituentes desupe-  
 posuerunt sine mora. Alter clamans & cachin-  
 nans, & tripudians eminus apparuit, de quo  
 quidam velociores Aquilis cœli præcesserunt  
 & fortiter clamauerunt: Date locum, date lo-  
 cum, ecce princeps Vdo noster charissimus ap-  
 propinquat. His dictis satelles sathane mille-  
 ram Vdonis animam in effigie corporali ce-  
 tena ignea à collo constrictam ad summum  
 principem peruexerunt. Cui Sathan proximo  
 assurrexit, salutans eum verbis pacificis in do-  
 lo. Benè, inquit, venisti ò princeps & fauor  
 & dilatator regni nostri. Ecce parati sumus  
 tibi & omnibus nostris fidelibus, pro mem-  
 vestris reddere talionem. Cumque Vdo ob-  
 mite-



mutesceret Sathā afsistētibus ait: Fatigatus est illi noster dilectus huc veniendo: & idēō placet vt consoletur: date ergo ei manducare. Illo autem renuente, & caput auertente, crudeles ministri eius bufones & serpentes violentē impresserunt, & liquorem sulphureum postmodum infuderunt. Adhuc illo non loquente, Sathan præcepit dicens, Ad balneum deducatur, & post horam ilicō reducatur. Et ecce non procul erat puteus cooperulum habens. Quo ablato flamma verax vsque ad cœlum erumpebat, quæ non solum arbores & montes & lapides, immō etiam aquam iuxta manantem velut stipulam consumebat. In quē infœlicem illam Vdonis animam præcipitauerunt, & postmodum extrahētes in modum ferri candentis totam igneam suo principi detulerunt. Qui subridens, Nōne balneum suaue habuisti ò princeps. Tunc Vdo damnatum se omninō videns, cœpit blasphemare & dicere, Maledictus Sathan tu, & omnis familia tua, & omne imperium tuum. Maledictus Deus, qui me creauit, maledicta terra, quæ me portauit, maledicti parentes, qui me genuerunt, & maledicta omnis creatura tua in cœlo & in terra. Tunc omnes dæmones vna cum principe suo cœperunt manibus plaudere, & dicere. Verē dignus est iste manere nobiscum, quia per optimē scit officium nostrum. Mitrat igitur nunc ad principalem scholam damnatorum, vt videat, audiat, sentiat, & discat.

B b b

ampli-



amplius, indeque non exeat in secula seculorum. Vix verba finierat, & ecce unanimiter odiosam illam creaturam irruerunt, campum impetuose in tartareum illud barathrum cecidit, & cecidit, ac si cœlum & terram omnes montes mundi huius ad inuicem conterentur. Capellanus autem prædictus hanc omnia in somnis videns & audiens, timore hementer. Tunc princeps tenebrarum extitit, & ostendens, dixit. Videte ne fugiat clericus, qui nos aspicit, quia semper astitit malorum suorum cooperatore, conscius & defensor, quod sicut fuit fautor culpæ, sic sit particeps vindictæ. Ideoque ad illum puteum ad infernum suum demergatur. Quo dicto cum deus omnes eum rapere vellent, & ipse effugere conareretur, repente à somno exiliens euigilauit, & que equus territus tam diu hinc inde saltabat, & cursitabat miserum trahens hominem, nec à sua iunctura eius brachium penitus auuebatur, difficulter tamen equum ascendit, & Parthenopolim venit, & mox ut dominum mortuum esse cognouit, visionem rorantem terrorem terrore, prodigium prodigio contulit, & omnia, que in via sibi acciderant, que viderat, & audierat patefecit, ostendens sua compage brachium auulsum, & repperit nam canicem in argumentum veritatis. Quos ues igitur videntes & audientes hoc horribile & insolitum Dei iudicium, vehementer muerunt. Et cadaver ignobile procul ab



in paludem iactauerunt. Quod bestiae infernales cum plausibus & canticis, id est, cantibus laudis protinus exceperant, & huc illucque trahendo morsibus discerperunt, & turicolas iuxta habitantes varijs terroribus multoties affecerunt. Tandem consilio inuito glebam illam maledictam de palude extrahentes combusserunt, & pulueres & cineres in Alibim proiecerunt. Mira res tunc omnes, ut fertur, pisces suum gurgitem relinquentes, octiduum adierunt, donec litanijs & ieiunijs placato iam Domino, post decennium vix tandem redierunt. Huius horrendi prodigij memoria iugiter pre oculis super pavementum marmoreum candidum & politum in decollatione Vdonis cruor est, qui tam indelibiliter adharet pavimento, ut de essentia marmoris esse quodammodo videatur: super locum illum, ubi decollatio facta est, semper taperia iacent. Et super electos Episcopos Te DEVM laudamus canitur: & iuxta morem collocantur, ibi ad orationem prosternendo, ut videntes sibi caueant, ne forte pereant sicut ille. A Domino verè factum est istud ad terrorem episcoporum illius Ecclesiae, & omnium inuicem praelatorum, ut audientes contremiscant laesae maiestatis terribile iudicium & severissimam ultionem.

Bbb 2 Ea-